

materia ipsius subesse, & informari primo, consequenter negat inesse a forma, sive informare. & nihil aliud spectans ad formam negat si quidem privatio non est negatio forme simpliciter, sed in subiecto 4. Metaph. 5. quam solutionem ait esse Zerbii, ad probationem consequentia distinguit primam partem assumpti, privatio & forma se totis opponitur, quoad in solutionem, quia nihil in quantum in una quidditate inclusum est in altera, & concedo quoad conditiones, vel dispositiones forme, nego, negat pariter secundam partem assumpti nempe privationem, & formam esse in composibiles in materia secundum quemcumque gradum, quoniam affirmatio est mensura negationis, ideo quod ponitur per affirmationem in materia, hoc tollitur per privationem, non quidem simpliciter, sed a materia, & quoadque autem forma tota secundum essentiam, & esse, secundum rem, & modum abest a subiecto, quo casu dato privatio a materia totam formam negat, & quoadque etiam privatio partim potest expelli, partim remanere, sicut & forma potest partim induci in materiam, partim non induci, ut patet in formis suscipientibus magis, & minus, de quarum numero ait quoque esse substantiales formas iuxta S. Bonavent. 2. dist. 3. & dist. 13. numer. 30. & alia plura addit loc. cit. sed in relatis verbis fiat summa solutio.

At Ferchius in primis pace sua vim argumenti percepisse non videtur, dum ait in deductione illius consequentia committi fallaciam, a secundum quid de simpliciter, id est ab *esse in ab esse simpliciter*, non enim argumentum probat intentionem materiam, dum de non esse forme transit ad esse forme, quod transit ad esse forme simpliciter, sed tantum secundum quid scilicet quoad subesse ex parte sua, & quoad inesse ex parte forme, & ex hoc deducit formam non preexistere in materia nec secundum se totam, nec secundum aliquid sui, quicquid modo sit extrinseca materiam habuisse suum esse simpliciter, ut dicitur de anima rationali, sive non, ut ergo vim argumenti percipiat, utor eius argumento, quod in eodem primo lib. cap. 7. num. 54. contra nos urgebat ad probandum formam non precedere in potentia materia, antequam fieret, nam Arist. 4. Phys. 2. modos *essendi* in enumerat, quorum unus est, quo forma est in materia, quando ei unitor per informationem, si ergo in generatione materia transit de non esse forme ad esse forme, ad esse sub forma, ergo prius non erat in materia, non erat in seminario formatum, sed tunc inducitur, ut sit in ex, propter quod forma, que adu est in materia, non potest recipi, si quidem oportet recipiens esse denudatum a natura recepti, ita ille contra nos arguebat loco citato, & ita nos modis, eius armis utamur contra ipsum defendentem cum Contarenio. formas secundum se sunt suum esse simpliciter precedere in materia, itaque vis argumenti consistit in hoc, quod si forma secundum totum suum esse simpliciter continetur in seminario formatum ante generationem, materia non transibit per generationem de non esse sub forma ad esse sub forma, quia generationem sicut forma erat in ipsa secundum suum esse simpliciter, ita quoque materia suberat illi. Negabit forte Ferchius ex jam adducta doctrina Contarenii formam equi, vel canis esse unitam cum materia ante generationem, equi, vel canis, nam illi adu unitor per actualem generationem, & tunc solum adu materiam informat, resultatque ex tali unionem determinatum compositum equi, vel canis, ante vero forma talis non erat in materia adu, & secundum esse distindum, sed tantum secundum esse potentiale, & consilium in communi seminario formatum.

Sed hoc evasio Ferchii pro Contarenio ex eodem Ferchii relato argumento precluditur, quia Arist. 4. Phys. 42. forma non dicitur esse in materia nisi per unionem informativam, ergo ante generationem vel non preexistebat forma in materia secundum suum esse simpliciter, vel erat ei unita per informationem, nam alium inexistens modum forme in materia secundum suum esse simpliciter Arist. non agnovit, & omne recipiens debet esse denudatum a natura recepti, ergo forma non preerat in materia nec secundum totum, nec secundum partem, nec secundum esse essentia, nec existentia. Tum quia si forma preexistit in materia secundum suum esse simpliciter, & totales, & ergo preerat secundum suum esse actuale, non autem possibile tantum, quia esse rei simpliciter est esse actuale, & non potentiale tantum. Deinde si gradus ille specificus ante generationem equi, vel canis, materiam nec erat copulatus cum materia, & ideo eum non constituebat, ergo omnes formas materiales essent per se subsistentes, etiam ipsa forme accidentales, quia quantum ad hoc eodem est ratio de forma substantiali, & accidentali, & hoc est argumentum quod fecit Scotus 7. Metaph. quæst. 12. contra illum tertium dicendi modum quem ex hoc solo absurdo sufficienter refutatit arbitratu dicens, *contra tertium dicendi modum non oportet multum miri, quia ponit accidentis sui subiecto, hoc est, sine hoc quod informat subiectum, & formam materiam sine hoc, quod preerat materiam, & multa alia, quæ possunt inferri.* Ferch. hoc Scotium argumentum quod unice destruit positionem Contarenii, offacere nolit, quamvis eius Defensor, sed defensionem Clienti relinquit, qui proinde vivens se tutela delictum mittit respondere per se ipsum cap. 21. circa medium dicens, *substantie quidem per se substantias illas spirituales materiam non informantes, quæ existentiam, & naturam a qualiter determinatam ex seipsis habere debent sunt, at gradus illi formales, quoniam sine materia nequeunt determinatam existentiam obtinere, propterea materiae necessario connexi additi sunt, adeo ut live secundum a qualiter existentiam determinationis, scilicet informa-*

tionis, sive secundum consilium, & indistinctam suæ essentia existentiam sunt inseparabiles ei conijuncti. Contra, si ita est, quod gradus huiusmodi sunt semper materia inseparabiliter conijuncti, ergo etiam ante generationem erant uniti, & copulati cum materia, quod antea negabatur, implicat autem dicere idem secundum idem inexistere, & non inexistere. 220 Respondet Contarenus ibid. (Ferchio interim ad idem committere, & absolvere sumptam, quod quidem modo illa etiam inexistere dicuntur, quæ conijuncta sunt aliquid in esse potentia, secundum quam significationem licet dicere gradus non adu informantes inexistere materia, quamvis solum secundum eorum essentiam potentialem, id est non actu secundum suas naturas determinantes, sint materia conijuncti, alio vero modo preius, ac perfectius sumitur inexistens gradum formalium, scilicet pro actuali determinatione subiecti secundum proprias formas graduum naturas, in quo sensu recte dictum fuit gradus informales materiam semper inexistere. Contra, ad precludendum hoc effugium opus est Contarenio declarare, quid intelligat per hoc esse consilium, & potentiale, quod dicit esse habere in materia ante generationem, vel enim intelligit esse potentialem, quod dicitur soler obiectivum, & excludit actualitatem essendi, & hoc absolvere non potest quia vult formas prehabere suum esse simpliciter ante generationem in materia, esse autem simpliciter, & extra intellectum, non esse esse possibile tantum quod esse in casibus, & esse secundum quid, vel intelligit esse potentiale prout excludit esse determinationis, quod magis videtur intendere Contar. etiam ex ipsa Ferchii explicatione, quia hoc esse determinatum ait haberi solum per actualitatem unionem forme cum materia, quia tunc ex tali unionem resultat determinata natura v.g. equi, vel canis. Et neque hoc satisficit, quia unum nihil intrinseca superaddit forme, sed gradus ille specificus totam suam determinationem habet antecedenter ad unionem, aut ergo ante generationem gradus ille inerat materiam, vel non, si primum, ergo inerat secundum suum esse actuale, & secundum determinationem naturam, quia gradus ille de se determinatus est per tale differentiam specificam, non vero per unionem ad materiam, si secundum, ergo erit per se subsistens, & extra materiam, non autem intra materiam, & sic redit argumentum principale Scoti, quod implicat ponere formas materiales preter materiam inherentes in seminario formatum, & postea serere, quod non sunt illi unitæ, sed uniuitor in ipsa generatione, quia non videtur quo alio modo esse possint in materia, nisi vel per informationem, vel per simplicem assistentiam, si materia inest primo modo, tollitur profus substantialis generatio, & nihil profus se de novo nec forma, nec forma, nec compositum, si non inest materiae eo modo, sed per simplicem assistentiam, ergo erunt per se subsistentes, quod pariter negat Contar. Bene igitur diximus disp. 5. de gen. qu. 6. prævidisse quidem Contar. posteriores difficultates, nec illas dissimulasse, ut fecit Ferchius in 2. lib. de sensu, sed adhuc evidentiores esse difficultates, quam eius solutiones, que non omnino argumenta evadunt, & ideo Ferchii tutela indigebat, at ut video ipsum deservit in serventium Materie.

221 Deinde neque valet responsio Ferchii ad probationem consequentia, cum negat privationem, & formam esse incompossibiles secundum quemcumque gradum, quia privatio partem potest esse simpliciter, partim non expelli, si forma introducenda suscipit magis, & minus tunc cum duobus gradibus albedinis receptis fiat privatio gradum recipiendorum, sed in primis accipit in hac solutione substantiam suscipere magis, & minus, quod negat Contar. & bene capite illo 11. pag. 114. respondendo ad argumentum, quod ex sua opinione sequeretur formas substantiales intendi, & remitti ubi negat hanc consequentiam, non ergo hoc est defendendi, sed impugnare Contaren. dum autem ad hoc assertu auctoritatem S. Bon. posse dicitur, ut ipse nobis afolet, in Philosphia afferendas esse auctoritates Arist. non aliorum, Arist. autem oppositum manifeste docuit nempe substantiam non in tendi, nec remitti, nec magis, & minus suscipere cap. de subst. & 3. Met. cap. 10. cum inferius in eodem cap. nu. 77 ait, in hoc, quod forma substantialis suscipiat magis, & minus solum Scotias convenire cum Seraphico & Subtili, respondeo, fallum esse Doctorem subtilem hanc opinionem docuisse, quia postius oppositum docuit ut dixi disp. 5. de gen. & cor. qu. 5. artic. 2. & superius disp. 10. qu. 11. concl. 2. & si aliquid Scotias tenent substantiam suscipere magis, & minus, non tantum volunt, quod suscipiat magis, & minus per intentionem, & remissionem (nisi forte Ant. And.) ad instar forme accidentalis v.g. caloris, & albedinis, que modo est magis intensa, modo minus, sed solum quod suscipiat magis, & minus indivisibiliter, & tota simul, ita ut semel induta non amplius successe intendatur, vel remittatur, sed semper cum eis permaneat quousque corrupturam, & sic defendit Fab. theor. 55. & hunc modum indicavit Doct. 8. Met. quæst. 3. si quis hanc partem defendere vellet, & forte in hoc sensu intelligit S. Bon. substantiam suscipere magis, & minus non autem quod suscipiat intentionem & remissionem successe, vel accidentia suscipiant, quia oppositum docuit Arist. pluribus in locis, & ratio repugnat, ut suo loco didicimus.

Sed admissio etiam, quod forma substantialis intenditur, accreditur, ad huc nunquam dici potest, & omnino repugnat privationem, & formam simul existere etiam pro temporis instanti, quia tunc ex traditione sequeretur de eodem modo pedu ejusdem, ac in eodem temporis momento, quod forma esset in subiecto, & non esset in subiecto.

subiecto, quod autem ait Ferchius in oppositi comprobationem cum duobus gradibus albedinis receptis stare privationem duorum gradum recipiendorum, utique verum dicit, sed non probat formam stare cum ipsa privatione, quod non videt, dum aqua calefit, & est primus, vel secundus gradus caloris indutus, stare cum illis gradibus privationem tertii, & quarti, quis de hoc dubitat? cum ergo in argumento dicitur, formam, & privationem esse incompossibiles, sermo est de forma, & privatione comparatis secundum eundem gradum, quia si secundum diversos comparatio fiat, ut v.g. privatio tertii gradus cum duobus jam in subiecto existentibus, non ob id dicuntur privatio, & forma simul existere, sed privatio unius gradus existere cum gradu præcedenti, quia ergo materia in generatione transit totaliter de non esse forme, ad esse forme, hinc argumentum deducit formam non preexistere in materia, nec secundum se totam, nec secundum aliquid sui. Tum quia etiam Fer. ipse in hoc eodem c. 11. nu. 7. facit argumentum ex partitione forme deducendum secundum diversas partes intensiois non facit contra S. Bonav. & Contarenum ponentes totam essentiam forme præexistere in Seminario, ac secundum omnes gradus, atque totam extrahi secundum esse actuale specificum, ergo frustra quod, recurrit ipse ad hanc partitionem forme, ut solvat nostrum argumentum, quia nec S. Bon. nec Contar. tale partitionem admittunt in inchoatione forme, & secundum eos non expectatur nova pars forme ab agente introducenda, sed solum uno totius forme præexistentis in materia cum materia, quam dicunt haberi ope agentis extrinseci per prævias dispositiones.

222 Secundo arguebat ex Bassolio 2. d. 18. qu. un. quod non solum forma, & privatio sunt simul incompossibiles in materia, sed etiam forme ipsæ ad invicem non se comparantur in eodem subiecto nec secundum se totas, nec secundum aliquas sui partes, nec secundum esse essentia, nec secundum esse existentia, quia essentia ipsæ formarum sunt, quæ invicem repugnant, & in quælibet parte forme includitur essentia forme.

Respondet Ferchius negando Bassolium dictum, & primò de formis substantiabilibus, nam forme substantiales non sunt inter se contrariæ, nec incompossibiles ratione sui, sed ratione dispositionum contrariarum, quæ exigunt, ut sint in actu completo, & deinde quod formas accidentales in esse intensio, & completo aliquæ forme accidentales sunt contrariæ, quod non obstante nulla sunt in esse potentia, & incompleto incompossibiles, at nec in esse completo, & actuali, sed remissio sunt incompossibiles, præterea inquit secundum nos, qui ponimus contraria duo simul esse posse in eadem numero materia, quæ præsertim quoad primam partem sibi responso ipsius Contar. c. 11. cit. pag. 14. §. prop. finem. Contra primam partem solutionis istius, quia minus consilio confunditur in ea fornarum contrarietas, & incompossibilitas, quia incompossibilitas reperiri potest nedum inter invicem opposita, sed etiam inter disparata, ut docet Doct. d. 11. q. 2. de filiatione, & spiratione passiva, & nos cum ipso disp. 9. log. q. 1. de oppositis, opposita proprie dicuntur illa, quæ speciali modo inter se ad invicem pugnant, & sic inter se pugnant, ut non aequè pugnent cum tertio, ut calor ita repugnat frigori, ut non eadem ratione pugnet cum aliis, ut v.g. cum sono, vel dulcedine, & disparata vero sunt illa, quæ ita inter se repugnant, ut eadem ratione inter se determinentur, & indifferenter cum quolibet alio repugnent, & hæc sunt duplices generis, alia quæ habent solum incompossibilitatem formalem, quia unum nequit esse alterum, ut albedo, & dulcedo, alia quæ habent incompossibilitatem subiectivam etiam, quia nequeant esse in eodem subiecto, etiam contrariæ, & opposita non sunt, ut duæ forme substantiales, istæ namque etiam quocumque accidente præcise in eadem materia esse non possunt saltem naturaliter loquendo, quia tunc idem constitutum ex eis esset simul, & semel in pluribus speciebus essentialibus, possunt ergo substantiales forme esse incompossibiles, & invicem repugnant, non quidem oppositæ, & contrariæ, sed disparatæ etiam antecedenter ad dispositiones, tum quia contrarietas dispositionum, quæ exigunt, ut eæ talium intrinseca incompossibilitate eorum ducit, ideo enim tales dispositiones contrarietas petunt quæ sunt talis nature, unde dici solent inter se contrariæ saltem virtualiter, quæ virtualiter contrarietas sufficit, nec simul possunt esse naturaliter in materia.

Neque etiam subsistit altera pars solutionis de formis accidentibus, alia esse potentia, aliaque nulla forme sunt incompossibiles in eodem subiecto, quia incompossibiles, & repugnantia formalis earum provenit ex actuali entitate illarum, unde quantum confiderantur in esse possibili, nulla incompossibilitas eis convenit in illa statu, quia talis status abstrahit actualitatem essendi quando vero sunt in esse actuali, & remissio utique simul esse possunt in esse actuali, & remissio utique simul esse possunt, quia ut sic contraria non sententur, sed tantum sub gradibus intensis, neque nos dicimus duo contraria esse posse simul in eodem subiecto naturaliter loquendo, sed tantum de potentia Dei absoluta, ut dicitur est disp. 1. q. 5. art. 2.

223 Tertio urgebatur, quod infinita essent forme in materia adu, quia formes præcedunt secundum aliquid sui, cum sint possibiles forme infinitæ lineæ hæreticæ, erit utique sublimitas formis imperfectis, & incompletis. Respondet primò hoc non a nobis consequenter inferri, quia disp. 5. de gen. q. 2. art. 2. n. 6. tenemus, quod omnes forme substantiales sint in materia in esse incompleto, non sequitur infinitas, deinde eadem disp. qu. 7.

art. 2. n. 172. non est nobis inconveniens, si dicitur infinitas lineæ hæreticæ in rebus qualibus, quare multo minus inconveniens erit, si dicitur in formis imperfectis, & incompletis sub modo potentiali, & absolute loquendo non concludit, quia iuxta S. Bonav. creavit Deus ab initio ipsi materie rationes feminales secundum multitudinem specificam finitas, multiplicatio quoad individuum dato initio, & fine mundi erit finita, & ideo consequentia non tenet, sic etiam Cont. ponit in seminario latentes gradus específicos finitos, quæ species substantiales nequeunt esse infinitæ secundum Arist. ad singularia verò habenda in infinitum non est necesse ponere singulorum individuum singulari ratione feminale, nam ipse gradus specificus forme ex conjunctione sui cum hac materia efficit unum singulare, ex conjunctione cum alia materia aliud singulare, & item ex alia & alia conjunctione eisdem gradus specifici etiam cum eadè portione materie exurgit aliud, & aliud singulare.

Sed primò gratis, & falso nobis imputur, nam ibi verba nostra sunt ista, nec etiam alia ratio bene deditur, quia opinio illa non inquit formas in compositi dissolutione in materiam rursus immergi, & velut in ejus gremio abcondi, & latere quousque rursus ab eodem extrinseco foras extrahantur, ut afferant Anaxagoræ, & consensere videtur assertores inchoationum, immò docet, formas a materia divelli, & veluti loco distitas in, & per se conservari, admissa ergo illa opinione (nempe de separabilitate eujusque forme) non sequitur hæc infinitas formarum in materia, sed potius in seipsis, hæc ibi, quibus verbis, ut patet, data illa opinione de forma rursus separabilitate, ac perennitate non dicimus infinitatem non sequi, sed non sequi in materia, sed potius in seipsis, affirmamus ergo infinitatem sequi, licet non in materia, fallam est ergo quod nobis hic imputur. Quod verò nobis adscribit in alio loco de infinitate inchoatione etiam in rebus a qualibus non repugnant, negant verum est, at non omnes id concedunt, immò quamplures ipsos argumentum m. urgetur ab hominibus. Quod ait ex S. Bon. rationes feminales específicas in materia esse finitas, & ideo in illis infinitatem non sequi, planè data illa hypothet. consequentia nostra non tenet, adhuc tamen sequitur in illa videtur, immò mundus secundum Philoophum fiat perennaturus, & cùm hæc quæstio tractetur intra terminos Peripateticos, ut ab initio Disp. præteratur Ferch. cum Contar. 9. nec quomodo nunc extra choram saltet, præsertim cum nobis frequenter id obicere soleret, ut non veniam forem. Neque hoc etiam inconveniens fatis scilicet Contar. evitat, dum ait pag. 145. prop. finem non tunc gradus individuales in seminario præexistere, quod possunt individua produci in quacunque specie, quia idem gradus specificus cum alia, & alia materia conijunctus potest inter eandem speciem diversam consistere individua successive. Quoniam hinc sequitur idem individuum semel corruptum possit iterum n. redire, nam contingere potest, ut post multas annorum ceteris idem gradus specificis per dispositiones quæ sunt rationis effectum, portiones materie conijungatur, autem eadem partes essentialis redeunt, profecto idem quod, ut eodem redire necesse est.

Conatus est hunc quoque non solum dissolvere doctis. Contar. etiam fatis judicet implicatum, negando adhuc consequentiam, quia essentialis aliquid rei compositæ, nedum in simplici essentia ejus partem essentialium consistit, sed etiam in tali determinata unionem essentiali ipsarum, quæ fit per determinationem concurrentium plurium accidentium, quod cum gradus aliquis formalis, & materia, quæ ordinarum secundum aliquid determinatam constituantur, non possunt unum compositum eandem prorsus dispositionem uniri, inde sequitur, ut ex diversitate essentialis unionis essentialis non amplius valeat illudmet compositum consistere. Ceterum unionem non esse de essentiali compositi, sed conditionem tantum necessariam simpliciter requisitam pro constitutione totius late probatur est disp. 5. Phys. q. 2. art. 2. articulo Doct. d. 4. q. 1. n. 1. ad ultimum probo, licet tenet compositum posse idem redire, licet non redeat eadem uno partium, dummodo redeat eadem partes, tum quia ut ibidem Doct. ad vertit, si partes redeant eadem, verissime etiam unionem redeat eadem numero, nam ejus numeralis identitas non videtur a loco, & tempore dependere, aut aliis accidentibus extrinsecis, & quamvis illa prior uno fuerit interrupta, hoc non officit, quia interruptum potest redire idem numer. & non tantum absolutum sed respectus, & extrema ejus redeat eadem numero, hæc autem unio est respectus prædicamentalis extrinsecis adveniens, ut sæpe didicimus est, vel saltem transcendentialis, vide Bassol. 2. d. 18. impugnantem hoc didicimus contra tertium modum.

224 Quarto arguebat ex Scoto 2. d. 18. retroquendo fundamentum inchoationum, quod erat tale, si forma non præcedit in materia secundum unum prorsus inchoationem, ergo forma creatur, & fit ex nihilo, quod argumentum ita retorquet Doctor, illa pars forme, que de novo producit, ut retorquet Doctor, teria, quia de novo generatur, ergo fit ex nihilo sui, quia pars, seu inchoatio præcedens ab illa distinguitur, ergo illa pars adhuc creatur. Respondet Ferchius, pro his qui possunt unam partem forme esse inchoationem, aliam partem de novo produci, sufficienter respondisse Zerbium, & Stellanum, sed contra S. Bonav. & Contaren. ponentes totam essentiam forme præexistere in seminario secundum esse potentialem, & argue totam extrahi secundum esse actuale specificum, hæc ratio calorum non habet, supponit enim formam in esse actuali, & completo fieri eandem partem esse formam incompleta secundum partem, ac secundum Doctorem Seraphicum particula ex, in eductione forme

proportionem ad constituendum hominem, at anima spiritualis est, & informat corpus, est inextensa in subiecto extenso, est incorruptibilis, & immortalis in carne mortali, & corruptibili & proprio ergo est inter formas eductas & materiam, ex qua educuntur, non autem similitudo. Denique ut respondeat ultimæ parti argumenti ait Contaren. sufficienter quoque explicasse, an hæc essentia spiritualis respectu materie sit forma informans, vel afficiens, etenim secundum ipsum illa essentia spiritualis per unum aliquem gradum immediate informat materiam, alii gradus in ea latentés mediante essentia inhærent materia.

131 Sed Contar. probat non sine fundamento per essentiam spirituales apud Contar. nos intellexisse substantiam incorporatam, ac immaterialem, quoniam regula est apud Philoſophos, & Theologos, a Ferchius accepta velis, c. 17. nu. 49. quod quando vox aliqua absolute proferatur, fiat pro suo analogo, & proprio significato; sed sic est, quod nomen spiritus, licet varia habeat significata, primum tamen & principale est, quod significet rem incorporatam, & immaterialem; ac inextensam; ergo cum a Contar. absolute pronuncietur essentia spiritualis in præcitate acceptione, & sine ulla declaratione, ut ibi est videre recte a nobis accepta est pro suo principali significato, scilicet pro immateriali forma, atque incorporea; major patet, probatur minor ex illo eodem loco D. Aug. lib. de cognitione veræ vitæ, quem respondens adducit, nam ibi nomen spiritus sex habet significata, primo dicitur summus Spiritus omnium Deus, ut ibi Spiritus est Deus. secundo modo Angeli spiritus unucupantur, ut ibi, facit Angelus fons spiritus, tertio anima rationalis, ut ibi, exiit spiritus eius, & revertitur in terram suam, quarto vita brutorum, ut ibi, quis scit, si spiritus iumentorum &c. quinto venti, ut ibi, spiritus procellarum; sexto aeris, ut ibi, aperit os meum, & attraxi spiritum, iam ergo patet, quod tribus primis modis, nisi sunt principales, significat spiritus substantiam immaterialem, & incorpoream; ergo vox ista spiritus, vel spirituale absolute pronunciatum sumi debet pro aliquo incorporeo, & immateriali, & est necessitas in Theologia ex substantia spirituali nominata intelligere substantiam intellectualem, Angelum vel animam rationalem, quia hæc sunt significata principalia illius nominis; cum ergo Contaren. formam Seminarii essentiam vocet spirituale absolute, & absque ulla limitatione, vel declaratione, in suo principali, significatio accipienda est ex regula iam tradita pro forma incorporea, & immateriali. Conf. quia ideo Contaren. formam seminarii appellavit spirituale ut penitus excluderet formam corporeitatis ab Avic. in eodem tractatu pro Seminario; ergo spirituale tumitur a Contar. prout excludit corporeum, & extensum, vel saltem sic sumi debet, si non ex eius intentione, saltem ex modo loquendi. Tum quia quamvis Arist. regulariter utatur, nomine spiritus ad significandum corpus aliquod subtile, mobile, ac motivum celerrime, tamen nomen spirituale inde deductum nunquam applicet ad res cum materia commixtas, ut notavit S. Bon. 2. d. 3. art. 1. q. 2. in corpore quæ sit immediate ante solutionem objectionum, dum ait Philoſophum dicere, quod spirituale, & corporalium non est materia una, ubi etiam addidit Marginilla, quod Arist. nunquam est usus isto nomine spirituale, ubi materia reperitur, non ergo ad præfatum Arist. vocavit Contar. formam materialem, seminarii spiritualem. Præterea licet forma seminarii posita a Contar. non tantum det esse corporeum, ut prælabat forma corporeitatis Avic. sed det quoque esse ignis ferri, plantæ &c. & ad hæc omnia sit indifferens, non videtur, cur ex hoc capite dici possit essentia, vel forma spiritualis etiam ad præfatum Arist. qui per spiritum intelligit corpus aliquod subtile, mobile, ac motivum celerrime.

132 Quod vero subdit de discrimine inter similitudinem, & proportionem a nobis ignorat antequam illud nobis declararet, à nobis declaratum fuit disp. 7. Phyl. q. 6. art. 5. an. 1. 32. explicando quæ proportio inter causam, & effectum esse debeat, & disp. 6. de Anim. q. 7. art. 1. n. 207. explanando quod inter potentialem, & obiectum non est necessaria similitudo in essendo, sed sufficit proportio moventis ad mobile, pro quo citavimus ibi Doctorem 4. d. 4. q. 2. A. & antequam Ferchius citaret nos 1. d. 3. q. 3. C. ad cognitionem tale discrimen, nos illud viderimus necum in eo loco, sed etiam q. 1. prologi X. & 2. d. 3. q. 9. & d. 12. qu. 1. & 3. d. 1. qu. 1. ad 2. prin. & 3. d. 1. q. 1. Ratio secunda, & 2. d. 9. q. 11. & quol. 12. & 14. & alibi frequenter, cum nil frequentius offendatur in Scoto, quam hoc discrimen inter similitudinem, & proportionem. Sed quod nobis impingit respondens veretur ne recidat in ipsam, quod nempe non bene percepit discrimen inter illa, licet enim verum sit proportionem potest discrimen inter illa, licet enim verum sit habere convenientiam, nullam proportionem inter se fundare possent, hinc dicitur quod intrinsecus, & non ens nulla cadit proportio, eadem ratione ait Doct. 4. d. 1. quæst. 1. I. punctum esse in proportionalib. lineæ, quia in quantitate non conveniunt neque proportio causæ ad causatum, motivi ad mobile excludit similitudinem in esse, quia causa univoca, & effectus univocus conveniunt in esse, & in modo essendi, cum fiat ejusdem speciei, idem etiam potest movere seipsum, nec tamen est a seipso dissimile in esse; quando ergo inquit Doct. 1. d. 3. q. 3. C. proportionem requirere dissimilitudinem proportionatorum, hoc non debet absolute intelligi, ut Ferch. voluisse videtur, sed tantum quod debent esse dissimilia in illis conditionibus in quibus comparantur ad invicem in ratione causæ, & effectus, motivi, & mobilis, quia in-

ter istas rationes est necessario dissimilitudo, ut ibi optime explicat Lichet, & Bargius, unde optime proportio salvatur, etiam si conveniant in aliis, ideoque formæ corporeæ, & materiales etiam cum materia in materialitate conveniant, adhuc tamen proportionantur in ratione actus, & potentie, non ergo est absolute vera doctrina, quam tradit Ferchius de discrimine inter proportionem, & similitudinem, si velit proportionem necessariò excludere similitudinem in esse, immo S. Bon. 2. d. 1. 9. art. 1. q. 1. rationem sextam probat animam esse immortalem ex proportionem inter potentiam, & obiectum in hoc sensu, quia veritas ejus obiectum est incorruptibilis; ergo anima.

Deinde adhuc falsus est quod inquit inter formas eductas, & materiam, ex qua educuntur, esse quidem proportionem, non tamen similitudinem; licet enim non debeat esse similitudo in esse, seipso, tamen esse debet similitudo quantum ad hoc, quod ambo sint corporeæ, & extensa, nam si forma sit spiritualis, & impartibilis proportionari quidem potest cum materia in ratione actus, & potentie receptibilis, ac receptivi, minime vero in ratione formæ, vel effectus educti, & in ratione causæ, unde educta sit, quia ut notat Doct. 4. d. 1. q. 5. contra istam opinionem, & S. Bon. 2. d. 1. 8. art. 2. quæst. 2. ante resolutionem quæstionis nulla forma spiritualis talem habet proportionem cum materia, ut ab ea possit educi, licet habeat, ut in eam possit induci, & recipi, quia de causa dixit Arist. 2. de gener. anim. cap. 3. animam intellectionem de foris venire; ergo seminarium formatum, ex quo debet educi materiales formæ, licet in aliis rationibus specificis possit, ac debeat esse dissimile ab ipis, tamen quantum ad materialitatem, & corporeitatem convenire debent, quia nec forma corporealis potest educi de seminario spirituali, nec forma spiritualis de corporealis; ergo seminarium sit idoneum promptuarium, unde educatur formæ, debet esse corporeum, sicut formæ ipse educibilis, non vero incorporeum, & spirituale; atque ideo non erit debita ad educationem proportio, ut ait Ferchius, si seminarium ex quo sit spirituale, & forma educta corporealis. Rursum non solum ex indiguitate materialitatis forme debet illud seminarium, unde educitur, corporeum esse, ac materiale, sed etiam ex indiguitate materialis agentis illam educentis, ut bene notavit Bassolius 2. d. 1. 8. q. un. 5. contra tertium modum, nam si tale seminarium ponatur quod spirituale, tunc agens corporeale non potest ipsum attingere per actionem suam, & ita tale seminarium nihil faceret ad generationem formatum, in ista ratione proferatur.

133 Denique cum ait Contaren. quæst. de origine forma rum c. 9. bene explicare, quare hoc seminarium formatum potius poni debeat spirituale quidam, quam corporeale, & ad hæc essentia spiritualis seminaria sit forma informans, vel afficiens, fatetur hæc explicationem reperita diligentem me in illo capite advertere non potuisse; immo ex eo capite oppositum colligo ejus, quod ait Ferchius, dum enim nos petimus, quomodo hæc essentia spiritualis materie illabatur, ac inexistit, ac sicut forma informans, vel potius afficiens, responderi ipse num. 66. quod secundum Contaren. per unum aliquem gradum immediate informat materiam, alii vero gradus in ea latentés mediante essentia inhærent materie; at in eo capite non aperte negat Contaren. essentiam illam spirituale informare materiam nec quoad gradum corporeitatis, ut aetate Avic. nec quoad aliquem quilibet actum, quia peripateticæ leges non permittunt ullam formam informantem materiam a se inseparabilem, ut ait se probasse quæst. de simplicitate Cæli, tum quia si daretur aliqua forma perpetuo materie per informantem inhærentem, tunc non fieret resolutio ejusdem compositi usque ad materiam primam, sed usque ad tale compositum, quod est contra Arist. 1. Phyl. 82. ubi dicitur materia, quod sit primum subiectum, ex quo inexistens res sunt, ac in quod ultimo resolvitur. Tum etiam quia hoc asserendo irrita, ac vana redderetur ratio Arist. quæ ex medio transmutationis invenit materiam primam: sicut in nulla transmutatione fieret resolutio usque ad materiam primam, sed solum usque ad tale compositum progressus resolutionis admittitur, inde ratio primæ materie penitus in formis nunquam cognosci potuisset, hæc, & similibus rationibus improbat eo cap. Contar. formam corporeitatis ab Avic. positam pro seminario formatum, quæ nullam indicant rationem, cur forma seminaria potius spiritualis potius debeat quam corporealis, nec indicant Contarenum velle formam suam seminariam spiritualem per unum aliquem gradum immediate informare materiam, ut ei tribuit Ferchius, sed potius oppositum, quia si formam admitteret sic perpetuo materiam informantem, eadem inconvenientia sequeretur contra suam formam spiritualem, quæ ipse infert contra formam corporeitatis Avic. inferius capite undecimo, pagin. 143. in fine nec essentiam illam spiritualem, nec gradus in ea latentés vult esse formas per se subsistentes, quia id inquit inquit convenire substantiam spirituales materiam non informantibus, ergo vera Contarenus non explicuit, cur hoc seminarium formatum potius spirituale potius debeat, quam corporeale, neque an hæc essentia spiritualis sit forma informans, vel afficiens, quia capite non videtur negare esse informantem, & capite undecimo videtur negare esse subsistentem.

134 Tertia adhuc ratio ad positionem Contareni impugnamus deducitur ex absurditate eam consequente, nam si illa spiritualis essentia pro seminario formatum materie concretae materiam informat perpetuo per unum aliquem gradum, ut ei tribuit Ferchius

præterquam quod explicari non potest quodnam compositum sit istud, & quodnam esse recipiat materia a forma seminaria secundum talem gradum, adhuc sequuntur illa inconvenientia, quæ Contaren. inferrebat contra formam corporeitatis Avic. quod nempe daretur aliqua forma inseparabilis a materia, & nunquam fieret resolutio usque ad materiam. Nec valet dicere, hoc absurdum non esse secundum gradum genericum, indeterminatem, & confusum, quia licet etiam respondere possit Avic. de sua forma corporeitatis, & obiectum esse essentia, quia omnes convenirent in illa forma seminaria, & in illa omnes identificarentur, atque ita solum differrent quoad gradus intra eandem essentiam, atque speciem, atque ideo differrent tantum accidentaliter, quia magis, & minus intra eandem speciem differentiam tantum parit accidentaliter. Nec valet, quod ait Contaren. quod adhuc differret secundum gradus essentielles, quia cum omnes illi gradus determinati sint ejusdem essentia, ut ipse concedit cap. in fine, & c. 10. pag. 100. ab initio, ubi vult non tam esse varias essentias, quam eadem essentia variis gradus, planè talis diversitas nequit esse, nisi accidentalitatis, & intra eandem speciem essentialium. Cont. quia cap. 11. pag. 142. concedit formam canis, & equi, ut latent in essentia illa spirituali seminaria, nedum ab ea non distingui essentialiter, sed nec etiam essentias habere inter se actualiter distinctas. Quod si dicas, tunc inter se gradus illos actualiter, & essentialiter distinguunt, quando a generante determinentur, & complementum recipiunt, ut ipse ibid. innuere videtur, hoc statim rejecit ex eo, quod docet in eodem capite pag. 143. circa medium, ubi dicit quod forma, vel gradus equi non accipit determinationem, & complementum per aliquam ejus additionem essentialium, sed solum per additionem habitudinis, ac copulationis cum materia; si ergo non additur in generatione aliqua essentialis differentia, sicut ante generationem gradus illi non erant inter se essentialiter distincti, ita neque post, sed tantum accidentaliter ratione diversarum dispositionum. Tum quia si differentia inter illos gradus verè essentialis esset, tunc illa essentia spiritualis non consisteret in indivisibili, quod Arist. repugnat 8. Metaph. c. 10. essentia sunt sicut numeri. Nec valet solutio Contar. Arist. ubi loquit de gradibus determinatis, & specificis, nam doctrina, quam ibi tradit, & ratio, quæ ibi probat, valet generaliter de omnibus essentias cum specificis quam genericis, ut intuenti patebit, loquitur enim non tantum de essentis disparatis, sed etiam subordinatis.

135 Quarta, & ultima ratio est, quia ut diximus ab initio hujus questionis de origine formatum, eadem quantum ad hoc currit difficultas de origine formatum substantiale, & accidentalium, si namque seminarium non admittit, sequitur formam substantialem ab agente naturali creati, quia fieret ex nihilo sui, nam subiectum nihil est sui, idem pariter sequitur de forma accidentalitatis, quæ ideo ab ipso ponendum est quod seminarium, & inchoatio pro formis accidentalibus, sicut ponitur pro substantiibus, aut quæ ratione non erit necessarium respectu accidentalium ad evitandum creationem, nec erit pariter necessarium respectu substantiibus, & quidem hoc argumentum dicitur procedi generaliter contra omnes inchoationes; Specialiter tamen contra Contar. de pro ductu potest, quia cum ipse velit omne quod fieri esse alio constitutum, ut mox videbimus ejus fundamentum examinando, nec videtur tale principium, ex quo forma substantialis possit constitui, cum sit simplex, credit esse ab æterno in materia concreta; ergo idem pariter erit dicendum de forma accidentalitatis, cum sit forma simplex, aut quæ ratione admittitur hujus nova productio absque creationis periculo; ad opæ alicujus principii, ex quo constitutum fiat, idem quoque de forma substantialis erit asserendum. Neque dicat Contaren. cap. 11. in fine accidentia esse adeo vilia, & exilis entitatis, ut illorum origo, non ita severe, ut origo formarum substantiibus, sit indaganda; nam accidentia magis ad oculum sunt de novo, ac intereunt, & ideo principaliter de ipis querendum est, quomodo de novo fiat sine creationis periculo, & sine aliquo principio, vel subiecto; ex quo constitutum fiant, tamquam ex parte intrinseca ipsorum.

Respondet Contar. ibidem nulla accidentia ex nihilo fieri, quia producantur per emanationem ex substantiibus, nam sicut ipse substantia primam originem esse esse substantiibus habent a primo ente, scilicet a Deo, ita & ipse valent per emanationem producere accidentia, quæ sunt entia æteriora. Contar. quando ignis v. g. producit calorem in manu mea, vel illum calorem creat, & producit ex nihilo, vel ex aliquo; non primum, ut Contar. quoque concedit; si ex aliquo nimirum ex subiecto, & non tantum ex principio constitutivo facti, quia est forma simplex, idem quoque de forma substantialis dicere poterit, ac debeat; neque vera erit illa sua propositio, quam assumpsit, ut unicum fundamentum suæ positionis, quod ad factiorem ex aliquo præexistit subiectum, ut pars constitutiva rei factæ. Si dicitur creationem accidentium evitari præcisè, quia de novo fieri per agentia naturalia; præterquam quod hoc non sufficit, quia requiritur consensus materialis ad sententiam Cont. fallum quoque est conclusionem a nobis deductam esse a conclusionem Cont. diversam, & argumentum, ut a nobis concluditur non esse in forma, & in conclusionem colligere, quod in neutra præmissarum collocatur, nam major est illa nihil

Objectiones ad oppositum soluta.

136 Fundamentum Contareni, quod jacit pro sua positione, cit. cap. 10. sic retulimus disp. 5. de gen. q. 10. nil fieri potest ab agente naturali, quin subiectum aliquod constitutum illius rei concurrat, velut pars intrinseca ejus, in hoc enim sensu semper docuit Arist. quicquid fit ex aliquo fieri, & non ex nihilo, ut patet 1. de gener. 17. 7. Met. 22. 1. Phyl. 33. 34. & 75. cum ergo formæ esse esse ingenerabiles, & incorruptibiles, alioquin ex nihilo fieri dicerentur, neque hoc evitatur, si dicas sufficere, ut subiectum præcedat, in quo forma producenda recipiatur: minime nam Arist. 1. Phyl. 82. probans materiam necessitate in quacumque rerum productione, ne ex nihilo fieri dicatur, ait, si enim sit, aliquid subiecti oportet, ex quo fiat, quibus verbis significari videtur necessitatem alicujus subiecti, ex quo res fiat constitutum, nam si determinare voluisset Arist. quod illud subiectum concurrere debeat ut receptivum tantum, non utique dixisset requiri subiectum, ex quo fiat, sed in quo fiat.

Respondemus huic argumento disp. 5. cit. de gen. q. 10. nu. 14. 3. fallam esse illam majorem, & nunquam sufficienter probatam, scilicet opus esse, ne res creari dicatur, aut ex nihilo fieri, debere fieri ex aliquo velut ex parte; Ferchius lib. 1. cap. 4. ait hoc non per cautelam sophisticam transire a parte arguentis ad partem respondentis; quod quæ ratione dicat, non video, nam immediate ad numerum præcitatum fundamentum Contar. adducimus, & factum sub illo. 143. respondemus ad illud, neque impugandas assuimus formatum inchoationes, sed insonnum fuisse sufficienter impugnatas a Scoto 2. dist. 13. articulo Scotistis, ut ibi est videre; unde hæc mea impostura est; eadem tamen 2. n. 15. at argumentum Contaren. a nos hæditer non referri; primo in maiore Contaren. a parte subiecti solam substantiam proponit nulla substantia potest ab agente naturali essentialiter produci, vos extenditis ad quodcumque ens dicentes, nil fieri potest ab agente naturali, & omittitis quoque particulam essentialiter, quæ necessaria est, dum essentia formarum ponitur ab æterno fuisse, & negatur de novo fieri, non negatur fieri secundum totalem existentiam, vel secundum modum actus, aut perfecti, aut determinati; secundo in prædicato majoris ait Contar. quia subiectum aliquod constitutum ejus concurrat, vos adducit in partem particulam adjungitis, velut pars intrinseca ejus, subiectum, & pars differunt, ut supra nu. 2. conclusionem Contaren. prolixius violatis, Contar. colligit, quare forma substantiales non possunt essentialiter produci ab agente naturali, vos, concluditis, formas esse ingenerabiles, & incorruptibiles, fortasse, ut occulte insinuaretis argumentum Contar. non esse illa forma, quænam colligit prædicatum in conclusione, quod in neutra præmissarum collocatur; Subdit n. 16. neque fideliter a nobis referri Contar. præoccupatam responsum, scribitis, Arist. 1. Phyl. 82. probans materiam necessitate in quacumque productione, Cont. verò ait, & litera 82. 1. Phyl. in qua probans Philoſophus æternitatem materie, ex eo quod fit illa aliquando producta fuisse, id factum esse ex alia materia; Contar. probans æternitatem; inquit, vos pro æternitate necessitatem materie scribitis, differunt necessitates, & æternitates; Profecto Arist. 1. Phyl. 82. probat necessitatem materie in quacumque productione, & corruptione, ut præter duo contraaria ponatur generationem, quod est subiecti potest, & ex quo factum est, ut ex 52. transmissis ad 82. fallam citationem Contareno veraciter citando adscribentes, hæc Ferch. loc. cit. solito supercilio.

137 At evidenter ostendo fundamentum Contar. esse fideliter relatum, sicut præoccupatam responsum, ibi enim disputabatur de origine, non cujuscumque forme, sed formatum substantiale, igitur loquendo in subiecta materia, in qua eramus, de inchoationibus formatum substantiale, illa notitia propositio, nil fieri potest ab agente naturali &c. æquivalere omnino propositioni Contaren. nam non erat ibi sermo, nisi de productione essentiali, & de productione substantiale, dum enim aqua fit quædam productio essentialis, nec dicitur substantia majori, cum diximus velut pars intrinseca ejus, immo hæc erat necessaria ad explicandum, quid sit esse subiectum constitutum alicujus rei ad differentiam alicujus rei, vel forme; quam in se recipit, sed intrinsece non constituitur, neque oppositum deducitur ex his, quæ Ferchius habet supra numer. 2. ibi enim sic loquitur ad excludendam factiorem ex nihilo Contaren. existit, ut res fiat ex subiecto constitutum, Ferchius, ut res fiat ex parte, hoc illa sit subiectum, ut materia, sive forma, ergo ratio partis est etiam secundum ipsum convenit subiecto constitutum, & licet in plus se habeat esse partem, quam subiectum constitutum, quia forma est pars, nec tamen est subiectum constitutum, tamen ratio partis convenit subiecto constitutum, & materia est pars subiectiva constitutiva compositi naturalis, & ideo non spiritus ad dita est ad illa particula velut pars intrinseca, sed erit necessaria ad sententiam Cont. fallum quoque est conclusionem a nobis deductam esse a conclusionem Cont. diversam, & argumentum, ut a nobis concluditur non esse in forma, & in conclusionem colligere, quod in neutra præmissarum collocatur, nam major est illa nihil

Seraphicus, & ecclesiasticos obtinuit, pecuniam Ecclesie consumpsit, panem D. Bonaven. devoravit, tam ignominiose profandis Doctoris ecclesie, & Religionis nostrae summi doctrinam? sciam non audis, velle est defectus, qui a debito officio deflexit, hac ibi Perichius solito supercilio, ac imperiali auctoritate.

Respondeo rursus repetendo illud Evang. *Medice curate ipsum, ecce primum tractem de oculo tuo* &c. hic bene quadrat adquam *causam ad illam*; quamvis verum sit Baccalaureos, quodam die in Seraphico Collegio, iussu Sixti Quinti doctrinam S. Bonav. audire teneri & Regentes pro tempore eandem docere, ob reverentiam tanti Doctoris, sub cuius auspiciis Collegium illud fuit erectum; at tamen extra Collegium illud in quibuscumque aliis Seraphicis Religionis nostrae gymnasiis, & Collegiis tum ex Religiosis consuetudine immemorabilibus; tum ex prescripto variarum Constitutionum Pontific. & praesertim Urbanarum in cap. quinto Regule tit. 4. de literaria fratrum Scholasticorum occupatione doctrina Scoti doctoris subtilis legitur, & auditur quod in hactenus puncto mens expressa Scoti non habetur ex D. Bonav. Doctore Seraphico, vel Alexandro Alenti Doctore irrefragabili commendat refolutio ex prescripto Const. Urb. loc. cit. ita admodum fecimus in nostra Philosophia conferenda, Scoti sententiam docemus, & profitemur, ubi eius mentem habemus expressam, quod si non sit expressa, supplementum accipimus ex D. Bon. vel Alenti; ut videtur est disp. 10. Physic. 2. art. 2. & disp. 11. q. 6. n. 98. & alibi; nec illi, quod sciam, defendimus utquam opinionem aliquam rejectam a S. Bon. ut omnino improbabilem; & ut erroneam damnant, ut defendit Perichius, qui vestig. 6. tuetur circulationem animarum rationalium ex suppositione aeternitatis cum Arist. ad evitandam earum infinitatem actualem, & adhuc acriter propagat toto lib. 4. Defens. quam quidem positionem D. Bonaven. expressit damnatur pessimum errorem, aedum in Theologia, sed etiam in Arist. philosophia 2. d. 1. art. 1. q. 2. ubi in argumentis ad opotum ex quinta via ex inde probat Mundum non fuisse de facto ab eterno prolatum, quia non forent infinitae animae rationales in actu, quia sunt incorruptibiles, & negocypans quaedam responsum inquit; *Si tu dicat ad hoc, quod circuleatio est in animalibus, vel quod una anima est in omnibus hominibus; prima inquit, est error in philosophia, quia ut vult Philosophus, proprius actus est in propria materia, ergo non potest anima, qua fuit per se actus unius, esse perfectio alterius etiam secundum Philosophum; & statim in resolutione quaestionis in fine ante solutionem argumentorum ad opotum iterum inquit; *ad vitandum autem insipientem aeternalem necesse fuit ponere aut anima rationalis corruptionem, aut unitatem, aut circulationem, & ita auferre beatitudinem, unde iste error & malum habet initium, & pessimum finem, iam ergo patet Perichium tenere positionem in via Arist. supposita mundi aeternitate, quam in eadem via reprobatur, & damnatur, ut pessimum errorem Seraphicus Doctor, atque adeo ipse profecit verbum, & convehit, & vituperat doctrinam Seraphicam, & magis reddit ingratitude pro ingenti beneficio, iam Seraphico Collegio accepto, cuius & ipse fuit alumnus; eandem animarum circulationem damnat, ut errorem, & somnium in philosophia etiam 2. disp. 18. art. 2. q. 2. in corpore.**

18. Sed ferretur ulterius, quis nostrum magis defleat. ad Doctrina Seraphica in hac ipsa controversia, quam tractamus de formatum origine; Tres in hac re sunt sententiae; prima est S. Bon. quod educantur de seminario formatum ab initio materiae creaturae; altera est S. Thomae, Scoti, & aliorum; quod educantur de simplici potentia passiva materiae ab ipso seminario, vel inchoatione praevia illarum; ultima demum est Perichii, qui pro ea citat Philosophum (alium auctorem non addo, qui apud Doctores Scholasticos alium auctorem pro hac sententia citatum non video, immo nec ipsum Philosophum) formas omnes ex nihilo produci ab agente naturali, ex his tribus positionibus de formatum origine primam approbat, & recipit Seraphicus Doctor, secundam quam nos sequimur, explicitè non reprobatur, ut improbabilem; & erroneam; tertiam tandem omnino reprobatur, nam 2. d. 7. q. 10. ut ipse citat, in corpore quodam determinat agens naturalem educere, & producere quidem formas substantiales, non quidem ex nihilo, sed ex seminario formatum praesistentem in materia, quia agens naturale requirit aliquid ex nihilo producere, ut iam probaverat supra d. 1. art. 1. q. 1. in fine, quod rursus docet 2. d. 8. art. 1. q. 3. in corpore quodam, ubi admittit rationes feminalem in materia, ut necessarias ad productionem formatum ab agente naturali, quia ex materia fit, vel educitur forma mediante operatione naturae, quae non producit aliquid ex nihilo, & ideo rationaliter (inquit) ponitur ratio seminalis esse essentia forma producenda; differens ab illa fecundum esse completum, & incompletum, sive secundum esse in potentia, & esse in actu; patet ergo etiam in hac ipsa quaestione de formatum origine magis Perichium defleat ad doctrina Seraphicam, quam nos, cum tenent sententiam manifestam a S. Bonav. reprobata, cum, & tamen adeo auctenter, & acriter obicit nobis; quod a Sancti Doctoris doctrina deviumus, & non alia de causa; quia ut sapius inculcavimus; omnia libere putat; nihil nobis;

ARTICULUS IV.

Quomodo forma materialis fiat per educationem de potentia materiae, earumque discrimen ab anima rationali.

149. Quia igitur forma materialis non sunt ex nihilo, ut probatur art. 2. n. 98; sunt ex seminario formatum, in quo praecesserint secundum aliquid esse proprium actuale totale, vel partiale, ut constat ex didis art. 3. remanet, quod fieri dicitur per educationem de potentia materiae; seu per necessarium concursum causa materialis, tum scilicet recipiendo, tum suscipiendo formatum, qui concursus, si bene intelligatur obstat, ne forma materialis creari dicitur, sicut creari dicitur anima rationalis, quae in corpore quidem recipitur, cum sit, non tamen in eo sustentatur, & ideo non dicitur fieri dependenter a materia, nec dependenter ab ea conservari. Quid fit autem forma educi, vel educatum esse de potentia materiae ex inflitudo declaravimus disp. 2. Physic. q. 7. art. 2. n. 148. ubi diximus formam educi de potentia materiae nihil aliud esse, quam suum fieri necessario esse fieri in materia, & quod suum esse necessario esse in materia, ita quod sit aliqua forma, quae utique sit, & fiat in materia, tamen absolute fieri possit, quantum est ex se, sine materia, illa non dicitur educi, quia de necessitate suum esse, & fieri, non est necessario esse, & fieri in materia, pro qua explicatione ibi scilicet allegavimus 4. d. 1. q. 1. ante Hh ubi ait *formam autem materialem dicitur esse omnem illam, quae ex natura sua necesse est inclinatur naturaliter, ut sit actus materiae, sive sit substantialis, sive accidentalis, pro eadem explicatione adduximus quoque Canonicum 2. Physic. 1. art. 1. ubi ait formam educi de potentia materiae nihil aliud esse, quam formam dependere in suo esse, fieri, & conservari ab ipsa materia, & ex hoc esse dicitur forma educi, & ab intra, & non dari ab extra, quia suum esse necessario esse in materia, sicut in subiecto proprio fieri, sique autem forma est, quae possit esse sine composito, & sine materia, illa dicitur ab extra, quia de necessitate suum esse non esse necessario in materia esse; adduximus quoque Ballonium 2. d. 1. q. 1. art. 2. §. 2. ubi dicit, ubi eodem modo loquitur, quibus nunc addo Tromb. q. 2. de immortalitate animae 2. hinc postea d. 1. §. 2. de gener. & cor. q. 2. art. 2. n. 68. diximus formas materiales id est tales, quae suapte natura in suo esse, fieri, & conservari materiae sunt immerse, & alligatae; ita quod fatali necessitate ruan eo ipso, quod ab ea dillantur, in quo ab anima rationali seconerunt, quae ob sui immaterialitatem independentem a materia fit, & conservatur, unde etiam dum corpus informat, suo modo subsistit, quae de causa dum ab eo seungitur, non statim interit, sed separata servatur.*

Respondet Perichius lib. 3. cap. 8. hanc educationis definitionem esse ex nostro capite prolata, non ex Arist. probatam, esse nostram singularem, quam omnes alii negant, ite igitur (inquit n. 4. 6.) & concordat cum aliis in significato vocis, & probate non bis tale significatum ex Aristotele, & tunc audiemus; Secundo inquit, probationem ex Scoto 4. d. 1. q. 1. Hh. non esse ad rem, quia ibi Scotus loquitur de forma materiali, ea quoque describit, ad educationis non meminit. Tertio inquit lib. 1. cap. 7. pag. 55. n. 53. male nos cum Mederis, qui non sequuntur impositionem terminorum ab Arist. positurum, per hoc alias formas ab anima rationali fecerere, quod omnes sint educitae de potentia materiae praeter ipsam, quia potius res est contra se habet, quod nulla a materia educitur de materia, nisi intellectiva, quod etiam rursus confirmat lib. 2. c. 12. pag. 226. in fine capitis. Quarto rursus lib. 3. c. 7. n. 43. pag. 299. ait male nos discernere alias formas ab anima rationali, quia haec sit immaterialis, ceterae vero materiales, quia anima rationalis est materialis, & per materiam in qua, & per materiam ex qua, & situlus immaterialitatis a nobis anime datus non est Scoti, sed Aquinatis. Quinto in eodem capite n. 42. ait declarare formam materialem per hoc, quod est immerse materiae, & alligatae, esse phrasim Thomisticam, non Scoticam, quia esse metaphoras ad disparationem rei dendas. Tandem lib. 3. cap. 2. n. 1. pag. 269. & 7. n. 4. pag. 300. nos redarguit, quod etiam de stinixerimus ceteras formas ab anima rationali, quia alias formas sunt penitus materiae immerse, & ab ea prorsus dependentes in suo esse, fieri, & conservari, at anima intellectiva non ita, quia est forma veluti subsistens, & a materia independentem, ait enim id esse contra Scotum quod, 9. ubi refoluit negat animam subsistere, praesertim vero, quando est in corpore; ita dicitur Perichius loc. cit. solito supercilio, ubi sic dicitur de illo suo pro modo Dialogi male dicitur potest, an illa proferat respondendo, vel potius contra nos arguendo.

150. Sed sive istae sint solutiones, sive instantiae, singulari illa lex dicta facile refelluntur, quidem dum ait definitionem illam educationis formatum, & explicationem per dependentiam, & inhaerentiam formatum in materia esse nostram, & ex nostro capite inventam, quam omnes alii negant, palam contradicimus, quae supra dixerat eodem lib. 3. cap. 2. pagin. 270. num. 14. ubi ait doctrinam hanc de educatione formatum propter dependentiam, & inhaerentiam formae a Thomistis esse transcriptam; quare cum nobis inquit, ite & concordat cum aliis in significato vocis, postquam rationalibus replicare, quod est ipse, secumque concordet, & postea nos audiemus; sed in utroque

quo loco male loquitur, quia modus ille explicandi educationem formatum per dependentiam a materia in genere caute materialis in suo esse, fieri, & conservari, neque est a nobis inventus, neque a Thomistis transcriptus, sed est communis omnium Peripateticorum negantium formas materiales ex nihilo fieri, aut ex materia formatum traduci, ut testatur Suar. disp. 15. Met. scd. 2. num. 10. & 13. & Scotistae praesertim ita loquuntur, ut ibidem ostendimus citando Cap. & Ballon. quibus etiam addi potest Tromb. cit. & Tatar. 7. Physic. qu. utrum principia rerum naturalium sint contraria, notab. 4. ubi ait, formam educi de potentia materiae est produci ab agente de potentia subiecti sic, quod illa forma dependet ab illo subiecto, sic quod non possit esse sine subiecto, & ita passim loquuntur quoque alii Scotistae, quare melius dixisset Perichius hanc doctrinam de formatum educatione esse a Scoto, & Scotistis transcriptam, quam ex Thomistis.

Præterea hanc formatum educationem esse utique magis ex Arist. probatur, quam factio earum ex nihilo; nam supra in hac ipsa q. art. 2. n. 82. aperte probatum est ex Arist. formas materiales fieri ex materia, non quidem tanquam ex parte, quia hoc est proprium compositi, sed tanquam ex subiecto, in quo necessario sunt, ac sustentantur, probatum, in quibus, id est ex 5. Metaph. cap. 24. & 1. de Gener. animal. cap. 1. 8. ex quibus locis non candidè relatis contendebat ipse Perichius probare opotum; ubi vero Arist. suam illam factionem formatum ex nihilo vel saltem a longe insinuat, nunquam Perichius offendit, nec vestig. 1. neque toto lib. Defens. solam asserit locum, & saepe repetit ex lib. de Xenophane, & Zenone, ubi Arist. non acceptat ut universaliter verum commune illud Antiquorum pronuntiatum esse nihilnihil sit, cum ergo hoc sit verum in compositis, quia sunt ex aliqua sui parte praesupposita, remanet quod sit falsum in simplicibus, & cum materia non fiat ex nihilo, quia est ingenerabilis, & incorruptibilis 2. Physic. 8. remanet, ut hoc solum in formis sit falsum, quia ipse vera sunt ex nihilo, quia ex nihilo, sicut praesupposita parte. Sed locum illum contra ipsum militare iam supra ostendi art. 2. n. 103. etiam ex ipsius consensione vestig. 1. cap. 5. ubi num. 43. aperte fateatur, quod quando Arist. lib. cit. dixit contra Antiquos illam propositionem esse nihilnihil sit, non esse universaliter veram, quia aliqua vera factio sit ex nihilo, fateatur inquam, Perichius hoc Arist. dictum ad formas non extendi, quia ibi Arist. inquit non multum a seculo fuisse ex his, non sunt, significat enim ibi ex auctoritate Esiodi solum materiam primam, & amorem, seu Intelligentias fuisse ex nihilo productas, non ergo per haec ex nihilo facta potuit intelligere formas, inquit Perichius, quia tunc ex nihilo facta essent multa, & valde multa, sicut sunt locum, non autem pauca, ut ait Arist. nullus ergo remanet locus in Arist. ex quo ostendat Perichius factionem horumarum ex nihilo, atque ideo magis est in Arist. fundata nostra formatum educationem de potentia materiae, quam factio earum ex nihilo.

Sed facti ulterius nostram formatum educationem nullibi ab Arist. fuisse insinuatam, ergo ob id non debet recipi, nec nos debemus in Peripateticis hanc consequentia deduci neque sine vitio consequentis etiam ipsa Perichio teste vestig. 1. cap. 11. num. 30. cum enim Perichius ibi ab eo adduxit probat non dari creationem, vel factionem alicuius ex nihilo in Philosophia, quia nunquam Arist. nec leviter quidem talem factionem ex nihilo significavit, Perichius hanc arguendi modum valde improbat Perichio, & ait esse ab auctoritate negativè, quae fallacem, & proinde talem dat regulam, quam & supra retuli n. 38. in simili proposito; quod Arist. affirmat, & negat, idem Peripateticis affirmandum, vel negandum, vel negandum Peripateticis affirmandum, nec negat, non esse affirmandum, vel negandum Peripateticis sine vitio consequentis non dicitur, nullas veritates Arist. non attigit quidem, multas quoque omnium consentu scripsit, quae ad nos non veneunt, nisi igitur nisi dicta dicere eis non veritate, ac iudicio privare; ita Perichius ibi; sicut ergo Perichius male probat non dari in Philosophia creationem, vel factionem ex nihilo, quia ex Arist. non probatur, nec ab Arist. inquit, teste ipso Perichio; ita in proposito est contra male instat ipsemet educationem formatum recipi non debere, quia non probatur, nec inquit ab Arist. aut si bene contra nos hic instat, bene quoque Perichius contra suam factionem ex nihilo arguebat, At Perichius modo vult suam instantiam contra nos urgere, quia omnia sibi licere putat, nihil aliis; in ore suo omnia pretiosa; at eadem in aliorum ore foridula.

151. Secundo solutio, vel instantia, quod probatio a nobis adducta ex Scoto 4. d. 1. q. 1. Hh. non sit ad rem, facile reficitur ex ipso Scoti discursu, quamvis enim ibi vocabulum educationis non habeat, discretè tamen declarata factionem formatum materialium, prout ab anima intellectiva discernuntur, & ita Perichius materialem esse omnem illam, quae ex natura sua necesse est inclinatur naturaliter, ut sit adus materiae sive substantialis, sive accidentalis, & omnem talem inquit ibi suapte natura praesupponere materiam, in qua fit, nec ab illa esse ita absolutum, ut extra eam existere possit. Deinde sub lit. li. prosequens idem discrimen formae materialis ab immateriali, sic arguit, forma materialis dependet in essendo a materia; ergo & in agendo; Et sub lit. KK. repetit, & iterum illud de materia, & conclusio secunda manifestata sunt apud Philosophos, qui posuerunt ordinem causarum secundum agere esse simpliciter necessarium, itaque forma materialis non potest ab alio agente produci, nisi concurrente materia, tanquam causa praesupposita termino productionis, quibus verbis

aperte admittit concursum materialem materiae in formam per modum passivae educationis. Et tandem, ut a formis materialibus animam intellectivam discerniraret, subdit, si liqueras, an ex dictis possit haberi propositum de anima intellectiva. Respondeo, inquit, quicquid Philosophi sentierint de ea, ac creaver, vel non, tangatur distinctè de Resurrectione; sed ex conclusionibus praedictis manifestè ostenditur propositum de ipsa, non enim potest creari ab Angelo, patet ex prima, nec a quacunque natura merè intellectualem creata, patet per idem, nec ab aliqua corporali substantia, sive per formam substantialem, sive per accidentalem; quia ipsa anima est nobilior quacunque forma substantialis, vel accidentalis, forma autem ignobilior non est principium actum ad producendum nobiliorem; quibus verbis indicat Doctor supra formas materiales intellectuales omnes accidentales, & substantiales a materia dependentes in suo esse, fieri, & conservari; eum ergo Doctor ibi talem factionem formae materialis describit, & a materia dependentiam in essendo, quales non conveniunt animae intellectivae, plane factis ad rem circumferat educationem formatum materialium de potentia materiae, ut ab anima rationali seconerunt.

152. Tertia etiam solutio, vel instantia facile excluditur, verum quidem est, modernos passim in animam rationalem ab aliis formis materialibus ledere per hoc, quod ipsa non educitur de potentia materiae, sicut talis; & ita praesertim loquitur Perichius (quem adduco) quia etiam Perichius eisdem auctoritate in Genesim suam firmavit placitum; quod creatio non fit productio ex nihilo, lib. 1. Defens. n. 9. pag. 17. & lib. 2. cap. 2. num. 95. lib. de materia, & privatione cap. 8. his verbis. Ad has autem objectiones facile respondere possumus hoc modo; ad primam habet rationem generatio alicuius similitudinem creationis propter eam similitudinem, quae in objectione posita est, sed hoc interelli, quia id quod creatur, vel non requirit ullum subiectum, vel certe tantum, ut recipiens, nec eum modum ut per affectiones, & dispositiones eius producat, id, quod creati debet; at quod generatur exigit necessarium materiam, tanquam id, in quo infunditur, subsistentur; & per cuius dispositiones, & affectiones procedatur; & forma quae creatur non est eisdem ordinis cum materia, in qua recipitur, ut patet in anima rationali, & gratia, forma vero, quae per generationem fit, eisdem generis, & ordinis est cum materia sua; sed hac de re lego Scotum 2. d. 18. q. un. acutè, doctèque disputantem; non dicitur autem forma induci in materia (nec falso opinetur formam per se productam extrinsecus adiungi materiae; sed dicitur educi ex materia, ut intelligatur forma producti cohaerens; imò immerse materiae per transmutationem eius inseparabilis ab ea in fieri, esse, & operari, cuius rei illud clarissimum est argumentum, quod per contrarias affectiones, & mutationem materiae non solum separatur a materia, ut fit in anima rationali, sed penitus interit, ut in aliis omnibus formis physicis contingit; ita Perichius, quibus verbis, ut patet, nobis fecum est, & cum Scoto in explicatione vocabulorum creationis, & educationis, & immeritò pro se citari a Perichio.

Clarius adhuc ad rem propositam loquitur eodem lib. c. 22. ad 6. dubitationem respondens enim sic loquitur, Ad 6. quod Christianus Philosophos, & Theologos aliud esse aliquid de formam materiae, & aliud esse formam omnino materialem, illud enim dicitur esse forma materiae, quod dat esse materiae, & simul cum ea facit quum compositum essentiale, quod sita species completum, & absolutum; id autem vocatur forma materialis, quod est educitum de potentia materiae, & ite immeritum, & ab ea inseparabile; quo circa anima rationalis dicitur forma materiae, proprie autem non appellatur forma materialis, ut autem planius intelligatur, quid fit educi de potentia materiae, exponimus quinque proprietates, quas habent formae omnes educitae de potentia materiae; prima est, quod tales formae producantur ab agentibus materialibus per adiones materiales, & per dispositiones materiales, hoc est, haerentes, & inhaerens in se ipsa materia. Secunda est, quod tales formae pendunt in fieri a materia, hoc est, non possunt fieri, nisi intra materiam, citius necesse copulatae, non enim per se producantur, & extrinsecus adveniunt, & adianguntur; materiae. Tertia est, quod pendunt a materia in esse, nam existit cum materia, in qua ab initio producta sunt, ne pundo quidem temporis, at per se subsistere, aut in alia materia existere possunt, sed plane idem est eas separata sua materia, quod ipsas penitus interire. Quarta est, quod pendunt a materia in operationibus suis, ex quo fit, ut operationes huiusmodi formatum subiective non sint in forma, sed in toto composito. Quinta est, quod pendunt a materia quidditative, quamobrem sine ea nequeunt aut definiri, aut perfecte intelligi; eas igitur formas materiales, & educitas ex potentia materiae appellare oportet, in quibus inerunt praedictae quinque proprietates; haec Perichius, quibus sufficientissime mihi explicatum videtur educationis vocabulum, quod Perichius lib. 3. cap. 8. n. 45. ait esse adeo obscurum, ut non fuerit hadenus sufficienter explicatum, unde eius explicationem enixè postulat a nobis; & nostrae Classis Philosophis, atque Theologis.

153. Verum neque hoc educationis vocabulum est a Modernis inventum, neque discrimen illud, quod anima rationalis fit educita de potentia materiae, cetera vero quidem, & antiquissima sunt apud Peripateticos praesertim Sententias, & Thomistas, Scotus quidem non semel vocabulum educationis habet, ut Perichius ipse fatetur, illudque praesertim declarat 2. d. 1. q. 1. lit. G. Ubi duple-